regimen omnes dignitates pendere
Hii qui hec dicunt aut layci aut
monachi aut clerici sunt Si layci
sunt ut insipientes irridendi vel
potius ut ignari a sapientibus corri-
gendi sunt Si autem monachi sunt
hii despiciunt quia aut veritatem igno-
rantes errant aut scientes errorem
ob avariciam sectantes veritatem se
scire dissimulant Si autem clerici
sunt tunc vesania capti sunt qui ec-
clesiastico ordini ius ab ipso domino
collatum ~~minuunt~~ minuunt. Aliud quod
layci potestati conferunt primo seipsos
sua libertate spoliant ac similiter
laycorum dicioni aliquem subiugant
Igitur horum omnium frivolde assertiones
a sensatis sunt confutande immo
ab omnibus racione utentibus reprobande
Cum regnum sacerdocio a principibus clero iure
subiaceat et sicut sol lune et spiritus
ante contemplativa vita active sic
sacerdocium regno preemineat Sed iam
calamum de sacerdotali et regali
litigio deponentes Christo vero regi
et sacerdoti dignis moribus placere
studeamus quatinus eius aulam in qua
soli reges et sacerdotes erunt introi-
re valeamus Amen .. Incipit
sermo devotus

Qui seculum pro deo relinquentes
se viciis et concupiscenciis
crucifixerunt mundo mortui sunt
sed deo vivunt Et quia pro deo moriuntur
vita eius cum Christo in deo absconditur

Beati tales mortui qui sic in domino
moriuntur quia in Christo qui est eterna vita
vivificabuntur Hec est preciosa mors
sanctorum per quam acquiritur vita angelorum
Qui hac morte moriuntur nunquam in eternum
morientur Porro temporalis mors
iustorum sompnus dicitur per quam reges eterna
tribuuntur sicut scriptum est Cum
sompnum dederit dilectis suis ecce here-
ditas domini eis aderit Cum autem anima
se peccatum committit in anima moritur
quia a vita deo deseritur hac morte
mortui mortuos sepeliunt divites comper-
tantes per adulacionem decipiunt
Hec mors peccatorum pessima est quia ducit ad
demonum consorcia hanc omnes fugiamus
illam autem appetamus ut in eternum vivamus
Corporalis mors malorum dicitur exterminium
per quam rapiuntur ad eternum supplicium
Tercia mors est corporis que omnibus
est communis quia omnis homo ob peccatum
Ade moritur et pro meritis aut
ad gaudium aut ad tormentum ducitur
Unde dicit scriptura Grave iugum
super omnes filios adam a die matris
eorum usque in die matris omnium Omnes
homines filii adam dicuntur quia cuncti de
eius semine nascuntur Grave iugum
est labor quo homo hic premitur locum
iugis est miseria qua constringit
hoc iugum est super omnes homines a
die qua a matribus profunduntur
usque in die qua in terram matrem
omnium revertuntur sicut sicut avis
ad volatum sic homo nascitur ad
tribulacionem De hoc iugo volens

nos dominus absolute iussit nos suaue
iugum et leue onus suum tollere
laborantes et oneratos precepit
ad se fontem viuum venire ut pos
semus requiem animabus nostris inuenire
Dum ergo tempus vite habeamus
ad hunc fontem vite peccata confiten
do et penitendo curramus ne subito
tenebris mortis comprehensi velimus
et minime possimus. Si enim homo
tardat mors non tardat. Et in
neque diem neque horam sciamus mor
tis nostre. Omnibus in bonis actibus per
uigiles maneamus ut in die mortis
domino leti occurramus et a labore iam
cessare et in gaudio pausare vale
amus. Militia est enim vita hominis super
terram. Mercenarius diem pactum sui
magno opere aduenire optat quo mer
cede recepta liber a labore abeat.
Sic dies mortis est dies a labore
cessationis ubi qui in vinea domini co
tidie et in lege domini tota vita sua labo
rauit denarium vite reportabit. Qui
vero ut sterilis ficulnea terram occupa
uit et ut palmes arescens non
fructificauit de vite Christo securi
mortis excidetur et in ignem gehen
ne mittetur. Omnibus hominibus deus
terminum viuendi constituit quem
nullus preterire poterit. Multi quod
prefixum terminum non veniunt
dum spacium viuendi malis operibus
perdunt. Et ideo quia mali nunquam
cogitant se morituros omnes subita
morte rapiuntur. Iusti autem quia
iugiter pertractant se huius distres

suros nunquam repentina morte rapiuntur.
Dicit dominus si sciret paterfamilias
qua hora fur veniret vigilaret
utique et non sineret perfodi domum
suam. Dies mortis sicut fur in nocte
ita veniet. Fur in nocte veniens
et patrefamilias dormiente nesci
ente domum irrumpit ipso omnia
bona eius diripit. Ita cum repentina
mors aduenerit et animam a bono
opere torpentem inuenerit domum
corporis perfodit omnia extinguit
delicias vite et abstrahit ad sup
plicia non pensata prius. Dies enim
hominis sicut umbra declinat et quasi
nubes vento impulsa peruolant.
Quid namque homo nisi putredo
et filius hominis quam vermis. Homo quippe
de immundo conceptus semine de fra
gili nascitur muliere breui tempore vi
uens ut harundo temptationibus
mouetur multis miseriis repletur.
Quasi flos in puericia floritur
variis doloribus in iuuentute cor
roditur in senectute viribus deficiens
fugit velut umbra in morte ca
dens recipitur a terre [illegible]
Omnis homo cum dolore mundum
ingreditur cum dolore etiam egre
ditur. Mox natus plorat quasi sibi
laborem et dolorem futurum prenun
ciat. Deinde super acciduo labori toti
studium ut aranea impendens thesau
rizat nesciens cui ea congregat post
pusillum alienis diuicias suas re
linquit et solum sepulcrum domus
eius in eternum erit. Sic quoque homo

vermes bestias serpentes generantur
Caro namque eius parti in vermes
vertitur parti ab ipsis consumitur parti
in putredinem deinde in pulverem
redigitur. Medulla autem in ser-
pentes cerebrum dicitur verti in bufones
Et quia homo spiritu ad peccandum
consensit moritur et ideo post mortem
iuste in serpentes vertitur. Dicit scrip-
tura melius est ire ad domum luctus quam
ad domum convivii. In convivio quippe
homines mortis et eterne vite obliuis-
cuntur. In luctu mortuorum homines future
mortis recordabuntur. Si homines nos
mori referrent forsitan non crede-
remus cum cotidie ante oculos mortuos
cernimus et nos eternos putamus.
En ecce corpus in presentiarum conspicimus
flos mundi gloria patrie honor regni
omne decus erat cuius blandiciis principibus
honorabatur ab equalibus venera-
batur ab subiectis timebatur ab omni
plebe beatificabatur. Nunc si pallium
quo operitur tolletis quamque amicissimi
eum inspicere vel appropinquare abhor-
restis et quibus pauperrimum in
conditionem eo meliore meditatis.
Porro si post aliquot dies eum in se-
pulcro videretis utique fetorem eius
quam maxime fugeretis. Quanto enim
quibus fuerit pinguior tanto fetor
eius intollerabilior. Hodie ergo pro
anima eius orate sacrificium salutare pro
ea sanctificate ut deus omnes noxas
eius placet et sicut cum hic fidelibus
ita ibi sanctis in gloria associet.
Ideo etiam ad ecclesiam deferuntur
corpora mortuorum ut eis subveniat

oris collectus apostolorum. Et sicut peccans
et seculo moriens in morte Christi per
baptismum in utero matris ecclesie
sepelitur ita carne mortuus in gre-
mio ecclesie terra operitur quatinus
fideles ubi convenerint visis eorum sepul-
cris pro eis preces fundant et quod eis
futurum sit in memoria habeant. Iustis
non nocet si extra cimiterium tumula-
verint impiis non prodest si in ecclesia sepe-
liantur. Horum officia secundum officium dominicum
ideo agimus quia in die mortuos mortis
eius participes credimus. Hos ideo
ad orientem versos in sepulcris
ponimus quia eos resurrectionis nominis
Christum cotidie solem in oriente surgere
credimus. Primo die pro ~~eis~~ eis facimus
laboramus ut eis terra uidere consistentibus
paravimus. Tercia post mortem agimus
illud iudicium irrogat quo omne genus
humanum in ultimo iudicatur. Cum
autem gloria vel pena duplicatur
cum corpus anime associat. Septimum die
idcirco recolimus ut eis dimittatur
quicquid commiserunt in ebdomade vii diebus.
Tricesimum ideo agimus ut eis relaxetur
quod deliquerunt in mensibus xxx diebus.
Anniversarium autem propterea commemoramus
ut peccatum eorum toto anno peccatum de-
leamus. Ergo frequens oratio debetur
pro omnibus fidelibus defunctis maxime
pro vestris propinquis quia sicut in estu
ambulans et sitiens fontem frigide
aque refocillatur sic in penis positi
vestris orationibus vel elemosinis refri-
gerant. Cum pro bonis oratis illis
prosit ad honorem vobis autem ad salutem

et oratio vestra in sinum vestrum convertetur quia ipsi orant ut unusquisque eorum in gloria assonet. Cum autem pro hiis qui in penis sunt oratis et vos et ipsos liberatis quia qui pro alio orat se ipsum liberat. Pro dampnatis vero scilicet paganis iudeis hereticis malis catholicis non est orandum ne oratio vestra fiat in peccatum quia sicut sapientia dicit deum blasphemat qui pro impio orat. Iusti morientes ab angelis vel sponso suscipiuntur et in celesti armonia in gaudium domini deducuntur. quidam autem minus emendati quibusdam penis purgabuntur quarum anime macerationes huius mundi penas omnes tradidit. Quidam enim nimio calore quidam autem nimio cruciantur algore. Quidam magno fetore quidam autem puniuntur tenebrarum horrore et sicut hic disparitatis subdunt ita ibi diversis penis affliguntur. Et secundum modum peccati extendit modus supplicii. Hii omnibus orationibus vigiliis ieiuniis elemosinis iustorum liberabuntur et sibi in gaudio associabuntur. Hec vero hiis nimium proderit qui viventes hic pro aliis fecerit. In inferno dampnati diversis etiam suppliciis pro diversis meritis alii minus alii plus cruciabuntur nunquam tamen liberabuntur. Pro mortuis fiunt orationes si corpore surrecturos anime ceterique. Resurgent autem omnes mortui ea etate et mensura qua Christus resurrexit scilicet xxx annorum tam infantes vero

noctis quam aliquis nongentorum annorum. Tunc fulgebunt iusti quasi sol in regno patris eorum et sicut est alia claritas solis alia claritas lune alia claritas stellarum sic erit et diversitas iustorum. Stella ab stella differt in claritate sic et resurrectio mortuorum quia docti ut splendor firmamenti et ad iusticiam multos erudientes quasi stelle lucent in gloria sanctorum. Omnes quidem ut sol fulgebunt sed alii aliis sicut quedam stelle pre stellis fulgebunt. id est alii pre aliis ut luna inter pre stellis. Item alii pre aliis rutilant in gloria ut sol radiat pre luna. Sic enim liberati in gloria unificabuntur quia hic patris in domino moriuntur. Cum autem in ora mortis hic per penitentiam ad resurgunt mortui in corpore in eternum peribunt. Qualiter hostia salutari vel elemosinis anime liberate sint multa legimus sed pauca vobis referre volumus. Quidam presbiter pro medicina aquas de terra calidas manantes balneandus frequentabat qui in ipso fervore aque virum stantem inveniebat. Ipse presbitero balneum intranti vel egredienti obsequium prebebat. Cum presbiter quadam die panem pro caritate attulit quem ipse recipere noluit merens et animus se hominem fuisse illaque pro peccatis suis post mortem subisse penam retulit ut eundem panem deo pro se offerret petiit. Et si

reversus cum non inveniret se libe-
ratum sciret. Hec dicens evanuit et
quod spiritus fuerit apparuit. Abbas autem
ad ecclesiam reversus vigiliis ieiu-
niis orationibus per septimanam pro eo labo-
ravit hostiam salutare cotidie pro
eo immolavit. Dona ad balneum
portans virum non invenit quem ad re-
frigerium pervenit. Quidam miles
in bello capitur et vinculis astrictus
carceri includitur quem uxor sua putans
mortuum cotidie pro eo optulit
sacrificium. Cum post xxx dies de
angustiis eripitur domum rediit
gaudenti uxori retulit quod ut
cotidie per xxx dies aliquod solacium
evenerit at demum solutis vincul-
is carcere reserato ipse liber exierit
per hoc patet quod si huius anima in penis
fuisset utique sicut corpus de carcere
liberata esset. Alius miles in bello
vulneratus inter vulneratos corruit
deinde resumpto spiritu surgens abiit
qui ab hostibus comprehenditur cathe-
nis stringitur sed mox rigor cathe-
narum solvitur. Cum autem sepius ligaretur
et totiens a vinculis solveretur
cunctis mirantibus monachi rem stupe-
bant ait quidam cum hac arte
pertinentem quo sciat solvere ne perim-
ille negat se aliqua arte imbutum
dicens autem se habere fratrem presbiterum
quem putet pro se deo optulisse
sacrificium et hoc modo solutum
vinculum quod et ita erat. Tandem ab
hostibus dimissus ad sua redit fratre

sum cotidie pro se quasi pro mortuo
missas celebrasse didicit. Ecce quantum
valet decantatio missarum que pie impe-
ditur spiritibus mortuorum per quam
etiam redimuntur capta corpora vivorum. Sint
diligenter orantes pro defunctis et ora-
bitur pro nobis quoque in celo. Quod
si neglexerimus et nos in neglectum
tunc vivis venientibus cum vixerimus
certe oratione non indigebimus sed cum
christo in illa gloria erimus quam ocu-
lus non vidit etc.

Quibus deest copia librorum hec
pauca sufficiant in festivitatibus
sanctorum. Cum autem ad celestia tendes
nunc et alios attendere cupiunt sunt
autem sermones sanctorum diverse omelie
evangeliorum passiones martyrum
vite sanctorum de quibus omnibus potest
copiose instruere spiritum christianorum. Vo-
bis autem laborantes in carribdi se-
cularis philosophie ne despiciant
hoc pitaciolum legis divine sen-
tentie hec non sibi sed ruribus christianis
simplicibus conscriptum quibus et solum
supremum regnum ut filius est promissum.
Cives autem babilonie videlicet superbi
habundare sunt a suis preceptoribus in-
structi. Horum doctrinis tinctantur quorum
et vitam summopere imitantur. Et ideo
opiniones multiplicis dispositionis
amplectuntur. Legant platonem
quos familiare delectat. discant
aristotilem bella amantes habeant
maronem libidini vacantes nasonem
euripides imitat lucanus imitat
et stacius. Petulantes instruit oracius
et terencius. Sed quia horum nota est

de libro viventium sunt deleta non
memor ero nominum eorum per labia
mea Ego autem huius assertor
humilis ihesu christi humilitatem castitatem
misericordiam concordiam docens ad
vitam properantes docui Magnam
silvam ingressus diversas frondes
despexi de lato campo inter colores
flosculos collegi pulchram coronam
contexens capiti sponse christi imposui
in navicula petri residens linum
ad capiendos pisces evangelicas
contexui quo et ego ipse toto corde
opto de mundi gurgite extrahi
Iustitiam esurientibus fame verbi dei
parentibus paravi pulmentum de her-
bis bene olentibus ne deficiant in via
cum pane non habentibus De magno
mari dulces guttas hauriens con-
gregavi quas sitientium labiis instillavi
Sed qui sunt assueti splendidis epulis
adeant mensas instructas copiosis
ferculis quas summe sapientie dapi-
feri Augustinus Gregorius et eorum
consimiles instruxerunt convivas
omnibus bonis repleverunt Porro
variis nectaris implicari ista pauca
sapere et docere studeant et deo opi-
tulante perhennem gloriam se cum
illis adeptos gaudeant Amen

O me transite qui queritis arta vite
Exilium fugite patriam properando subite
Porta patet vite quod stratis quinque redite
Simonis callem scandentes linquite valle
Cum per me scandunt celestia gaudia prendunt
Ecclesia micat iam cuncte nox tenebris stat
O me compleri tanti quod lege teneri
Veritate malum recti sectando ducatum

Incipit prefatio in expositionem venerabilis
bede super actus apostolorum ....

Incipit prefatio in expositione venerabilis bede super